



SYMBOLA
Divina & Humana
PONTIFICVM
IMPERATORVM
REGVM

*Accessit brevis &
facilis Isagoge*
IAC. TYPOTH.
M.D.C.LXVI.

S Y M B O L A
Divina & Humana
PONTIFICVM
IMPERATORVM
REGVM;

Ex museo Octavii de
Strada civis Romani.

Summa brevis & facilis Isagoge
JACOBI TYPOTII.



ARNHEMIÆ,
Apud JON: FRIDERICUM
HAGIUM.

ANNO MDC LXVI.

Symbola. S. Crucis.
VI. HIER. GEM.



VI. Hierographia gemina.

TEMPERANTIA.

En virtutis gemmæ, totidem facies. Temperantiæ & Fortitudinis. Delitiæ enim non est Crux.

1. Si inimitabilis est Christi virtus; Bos ab armento digressus, quod fit & fieri scribit Aristoteles, ἀτιμαγελῆν vocat, & sub illice, recubans, solitudinem nobis continentiam, & parsimoniam commendat: Jam enim non despumat in libidinem: & nos si vitaremus contagia: & ut ille, glandifera arbore, nos paucis contenti, pabulum Luxuriæ negaremus, ne tenor vitæ concinnior existeret & dignior Christo, cui vita nostra tanti constitit. Nec taurus solum non instruit, prò pudor! brutum animans; sed nec animans, frenum & canon, quæ de ramo ilicis vides pendere, ut appetitum refrenemus, & rationis canone compescamus.

FORTITUDO.

2. Et hîc bellua nos animat. Rhinoceros est, ad fortitudinem, ut Taurus ad Temperantiam, melius nota Oppiano, quàm Aristoteli. Nam Romæ Pompejus exhibuerat populo: Emanueli Regi Lusitanix exhibuit Cambeja. Fortitudinis exemplar est: quod è duello,

duello, quod cum Elephante, propter pacis perpetuum est, nunquam redeat, ni parata victoria. Mori scilicet mavult, quàm vinci. Ad Fortitudinem quoque spectant, quæ vides de annosa quercu suspensa, Arcus & Pharetra, imò ipsa quercus, quæ suo robore, elidit robur tempestatis, ne dicam temporis. Ita longæva est. Quanquam non vires corporis, sed animi robur, animans nos per animantia, plantas, & inanima Natura à nobis requirat. Fortis enim est, qui se ipse vicit: & quibus vulgo pauci reluctantur, si non ratione, recordatione Crucis, superavigilant animi, veluti procellas, impetus.



Symbo-